Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



119

baruch

in quibus nos dispersit domi
nus et facti sumus subtus et
supra quia peccauimus domino deo
nostro non obaudiendo uocibus
ipsius Domino deo nostro iusti
tia nobis autem et patribus
nostris confusio faciei sicut est
die hodierna Quia locutus est deus
super nos omnia mala hec que
uenerunt super nos et non sumus
deprecati faciem domini dei nos
tri ut reuertereamur unusquisque
uestrum a uiis nostris pessimis
et uigilauit dominus in malis
et adduxit ea super nos quia
iustus est dominus in omni
bus operibus suis quae mandauit
nobis et non audiuimus
uocem ipsius ut ire mus in
ceptis domini quae dedit an
faciem nostram et nunc domine
deus israhel qui eduxisti po
pulum tuum de terra egipti in ma
nu ualida et in signis et in pro di
gnis et in uirtute tua magna et
in brachio expanso et fecisti tibi
nomen sicut est die hodierna peccauimus impie gessimus iniqua
egimus domine deus noster
in omnibus iustitiis tuis Auer
tat ira tua a nobis quia derelicti sumus paucis inter gentes ubi
dispersisti nos Exaudi domine
preces nostras et orationes nos
tras et educ nos propter te
et da nobis misericordiam coram
eis faciem eorum qui nos ab
duxerunt ut sciat omnis terra
quia tu es dominus deus noster
et quia nomen tuum uocatum est
super israhel et super genus
ipsius Respice domine de
domo sancta tua in nos et in
clina aurem tuam et exaudi
nos Aperi oculos tuos et uide
quia non mortui qui sunt in
inferno quorum spiritus ab
ceptus est a uisceribus suis
dabunt honorem et iustificatio
nem domino sed anima que
tristis est super magnitudinem
mali et incedit curua et in fir
mus et oculi deficientes
et anima esuriens dat tibi glo
riam et iustitiam domino quia non
secundum iustitiam patrum nos
trum nos fundimus preces et pe
timus in conspectu tuo domine deus
noster sed quia misisti iram tuam
et furorem tuum super nos super
nos sicut locutus es in manu
puerorum tuorum prophetarum
dicens Si dixit dominus in
clinate humerum uestrum et seruite
regi babilonis et sedebitis in terra
quam dedi patribus uestris
Quod si non audieritis nec au
dieritis uocem domini dei uestri
operati regi babilonis de cetera
tionem uestram facta de ciui
tatibus iuda et a foris iheru
salem et auferam a uobis uocem
laetitiae et uocem gaudii et
uocem sponsi et uocem sponse
et erit omnis terra sine uesti
gio ab inhabitatibus eam et
non audierunt uocem tuam ut
operarentur regi babilonis et
statuisti uerba tua quae locu
tus es in manibus puerorum
tuorum prophetarum ut transfe
rentur ossa regum nostrorum